nucis modum per calamos singulos:
spheruleq; simul. ⁊ lilia. ⁊ tres similiter
cyphi instar nucis ī calamo altero: sphe
ruleq; simul ⁊ lilia. Hoc erit opꝰ sex ca-
lamorū: qui producendi sunt de hastili.
In ipso autem candelabro erunt quat-
tuor cyphi in nucis moduȝ: spheruleq;
ꝑ singulos ⁊ lilia. Sphere sub duo-
bꝰ calamis ꝑ tria loca. qui simul sex fiūt
ꝓcedentes de hastili vno. Et spherule
igitur et calami ex ipso: erunt vniuersa
ductilia ex auro purissimo. Facies ⁊ lu-
cernas septem: et pones eas super can-
delabrum vt luceant ex aduerso. Emun
ctoria quoq; ⁊ vbi ea que emuncta sunt
extinguāt: fiāt de auro purissimo. Om-
ne pondus candelabri cū vniuersis va-
sis suis habebit talentuȝ auri purissimi
Inspice ⁊ fac secunduȝ exemplar quod
tibi in monte monstratum est.

## XXVI

Tabernaculum vero ita facies
Decem cortinas de bysso retor
ta est hyacitho ac purpura: coc
coq; bis tincto variatas opere pluma-
rio facies. Longitudo cortine vniꝰ ha-
bebit viginti octo cubitos: latitudo q̄t-
tuor cubitorū erit. Unius mensure fiēt
vniuersa tentoria. Quinq; cortine sibi
iungent mutuo: ⁊ alie quinq; nexu si-
mili coherebunt. Ansulas hyacinthi-
nas in lateribus ac summitatibꝫ facies
cortinarū. vt possint inuicem copulari.
Quinquagenas ansulas cortina habe
bit in vtraq; ꝑte. ita insertas. vt ansa cō
tra ansam veniat: ⁊ altera alteri possit
aptari. Facies ⁊ quinquaginta circulos
aureos quibus cortinarū vela iungen-
da sunt vt vnū tabernaculū fiat. Faci-
es ⁊ saga cilicina vndecim. ad operien-
dum tectū tabernaculi. Longitudo sa-
gi vnius habebit triginta cubitos ⁊ la-
titudo quattuor. Equa erit mensura sa
gorū omniū Equibus quinq; iunges
seorsum. ⁊ sex sibi mutuo copulabis. ita

vt sextū sagū in fronte tecti duplices. Fa
cies ⁊ quinquaginta ansas in ora sagi
vnius vt cōiungi cum altero queant. ⁊
quinquaginta ansas in ora sagi alteriꝰ
vt cum altero copulet̄. Facies ⁊ quin-
quaginta fibulas eneas quibus iungā-
tur anse: vt vnū ex omnibus operimen
tum fiat. Quod autem superfuerit ī sa-
gis que parantur tecto .i. vnum sagum
quod amplius est: ex medietate eius o-
peries tabernaculi posteriora. ⁊ cubitꝰ
ex vna parte pendebit. ⁊ alter ⁊ altera
qui plus est in sagorū lōgitudine. vtrū-
q; latus tabernaculi protegens. Facies
⁊ operimentū aliud tecto de pellibꝫ arie
tum rubricatis ⁊ super hoc rursum ali-
ud operimentū de hyacinthinis pelli-
bus. Facies ⁊ tabulas stantes taberna-
culi de lignis sethim: que singule denos
cubitos in longitudine habeant. ⁊ in la
titudine singulos ac semissem. In late-
ribus tabule due incastrature fient qui
bus tabula alteri tabule connectat̄. At-
q; in hunc modum cuncte tabule para-
buntur. Quarū viginti erunt in latere
meridiano quod vergit ad austrū: qui-
bus quadraginta bases argenteas fun-
des: vt bine bases singulis tabulis per
duos angulos subiciāt̄. In latere quo
q; secundo tabernaculi quod vergit ad
aquilonē. viginti tabule erunt: quadra
ginta habentes bases argenteas. Bine
bases singulis tabulis supponent̄. Ad
occidentalē vero plagā tabernaculi fa-
cies sex tabulas. ⁊ rursum alias duas q̄
in angulis erigant̄ post terguȝ taberna
culi. Eruntq; sibi coniuncte a deorsum
vsq; ad sursum. ⁊ vna omnes cōpago
retinebit. Duabus quoq; tabulis que ī
angulis ponēde sunt: similis iunctura
seruabit̄. Et erunt simul tabule octo: ba
ses earū argentee sedecim. duabus ba-
sibus per vnā tabulā supputatis. Faci-
es ⁊ vectes de lignis sethim quinq;. ad
continendas tabulas in vno latere ta-

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-105/0074
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG